

Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae

1. PERFECTAE CARITATIS per consilia evangelica prosecutionem Sacrosancta Synodus praevis ostendit, in Constitutione cui initium est „Lumen gentium“, a Divini Magistri doctrina et exemplis originem ducere et tamquam praeclarum signum Regni caelestis apparere. Nunc vero, de vita ac disciplina institutorum, quorum sodales castitatem, paupertatem et oboedientiam profitentur, intendit agere eorumque necessitatibus, prout tempora nostra suadent, providere.

Inde ab exordiis quidem Ecclesiae fuerunt viri ac mulieres, qui per praxim consiliorum evangelicorum Christum maiore cum libertate sequi pressiusque imitari intenderunt et suo quisque modo vitam Deo dicatam duxerunt, e quibus multi, Spiritu Sancto afflante, vel vitam solitariam degerunt vel familias religiosas suscitaverunt, quas Ecclesia sua auctoritate libenter suscepit et adprobavit. Unde e consilio divino mirabilis varietas coetuum religiosorum succrevit, quae valde contulit, ut Ecclesia, non solum ad omne opus bonum instructa (cf. 2 Tim. 3, 17) et ad opus ministerii in aedificationem Corporis Christi (cf. Eph. 4, 12) parata sit, sed etiam variis donis filiorum suorum decorata appareat sicut sponsa ornata viro suo (cf. Apoc. 21, 2) et per eam innotescat multiformis sapientia Dei (cf. Eph. 3, 10).

In tanta autem donorum varietate omnes, qui ad praxim consiliorum evangelicorum a Deo vocantur eademque fideliter profitentur, Domino se peculiariter devovent, Christum sequentes, qui virgo et pauper (cf. Matth. 8, 20; Lc. 9, 58) per oboedientiam usque ad mortem Crucis (cf. Phil. 2, 8) homines redemit et sanctificavit. Ita caritate impulsus, quam Spiritus Sanctus in cordibus eorum diffundit (cf. Rom. 5, 5), magis magisque vivunt Christo et corpori Eius quod est Ecclesia (cf. Col. 1, 24). Quo ferventius ergo tali sui donatione quae totam vitam complectitur, Christo coniunguntur, eo uberius fit vita Ecclesiae et apostolatus eius vegetius fecundatur.

Ut autem praestans valor vitae per consiliorum professionem consecratae eiusque necessarium munus in praesentis temporis adiunctis ad maius Ecclesiae bonum cedat, haec Sacra Synodus sequentia statuit, quae non nisi principia generalia respiciunt accommodatae renovationis vitae ac disciplinae religionum atque, propria indole servata, societatum vitae communis sine votis et institutorum saecularium. Normae vero particulares pro eorumdem congrua expositione et applicatione post Concilium a competenti auctoritate statuendae sunt.

Dekret über die zeitgemäße Erneuerung des Ordenslebens

1. Die Heilige Synode hat früher in der Konstitution, die mit den Worten beginnt „Das Licht der Völker“, aufgezeigt, wie das Streben nach vollkommener Liebe durch die evangelischen Räte auf Lehre und Beispiel des göttlichen Meisters fußt und sich als herrliches Zeichen des himmlischen Reiches darstellt. Nun will sie vom Leben und der Lebensordnung der Institute handeln, deren Mitglieder Keuschheit, Armut und Gehorsam geloben, und für deren Bedürfnisse in heutiger Zeit Vorsorge treffen.

Schon von den Anfängen der Kirche an hat es Männer und Frauen gegeben, die mittels der evangelischen Räte Christus in größerer Freiheit nachfolgen und ihm intensiver nachleben wollten. Sie haben, ein jeder auf seine Weise, ein gottgeweihtes Leben geführt. Vom heiligen Geiste geleitet, haben viele von ihnen als Einsiedler gelebt oder religiöse Gemeinschaften gegründet, die die Kirche kraft ihrer Vollmacht anerkannt und gutgeheißen hat. So ist nach göttlichem Ratschluß die wunderbare Vielfalt der klösterlichen Gemeinschaften entstanden, die so sehr dazu beigetragen hat, daß die Kirche zu jeglichem guten Werke (vgl. 2 Tim. 3,17) und zum Dienst am Aufbau des Leibes Christi (vgl. Eph. 4,12) gerüstet ist; ja, durch die vielfachen Gnadengaben ihrer Glieder erscheint sie geradezu wie die Braut für ihren Mann geschmückt (vgl. Apok. 21,2) und gibt Zeugnis für die mannigfaltige Weisheit Gottes (vgl. Eph. 3,10).

Alle jedoch, die von Gott zum Leben nach den evangelischen Räten berufen sind und dieses treu geloben, weihen sich, bei aller Vielfalt der Gaben, in besonderer Weise dem Herrn, indem sie Christus nachfolgen, der in Jungfräulichkeit und Armut (vgl. Matth. 8,20; Lk. 9,58) durch seinen Gehorsam bis zum Tod am Kreuz (vgl. Phil. 2,8) die Menschen erlöst und geheiligt hat. So leben sie, gedrängt von der Liebe, die der Heilige Geist in ihre Herzen gesenkt hat (vgl. Röm. 5,5), immer mehr für Christus und seinen Leib, die Kirche (vgl. Kol. 1,24). Je inniger sie also durch diese Selbsthingabe, die das ganze Leben erfaßt, Christus verbunden sind, um so reicher wird das Leben der Kirche und um so fruchtbarer ihr Apostolat.

Damit aber der besondere Wert eines den evangelischen Räten geweihten Lebens und dessen notwendiger Dienst in der heutigen Situation der Kirche zum besten gereiche, hat die Heilige Synode folgende Bestimmungen festgelegt. Diese berücksichtigen jedoch nur die allgemeinen Grundsätze für die Anpassung und Erneuerung der Ordensgemeinschaften und, unter Wahrung der jeweiligen Eigenart, der Genossenschaften mit gemeinsamem Leben ohne Gelübde und der Säkularinstitute. Die besonderen Richtlinien für die entsprechende Auslegung und Anwendung sind nach dem Konzil von der zuständigen Stelle zu erlassen.

2. PRINCIPIA GENERALIA ACCOMMODATAE RENOVATIONIS

Accommodata renovatio vitae religiosae simul complectitur et continuum reditum ad omnis vitae christianae fontes primigeniamque institutorum inspirationem et aptationem ipsorum ad mutatas temporum condiciones. Quae renovatio, sub impulsu Spiritus Sancti et Ecclesia duce, promovenda est secundum principia quae sequuntur:

- a) Cum vitae religiosae ultima norma sit Christi sequela in Evangelio proposita, haec ab omnibus institutis tamquam suprema regula habeatur.
- b) In ipsum Ecclesiae bonum cedit ut instituta peculiarem suam indolem ac munus habeant. Ideo fideliter agnoscantur et serventur Fundatorum spiritus propriaque proposita, necnon sanae traditiones, quae omnia cuiusque instituti patrimonium constituunt.
- c) Omnia instituta vitam Ecclesiae participant, eiusque incepta et proposita ut in re biblica, liturgica, dogmatica, pastorali, oecumenica, missionali et sociali, iuxta propriam suam indolem, sua faciant et pro viribus foveant.
- d) Instituta, de hominum temporumque condicionibus deque Ecclesiae necessitatibus, congruam cognitionem apud sodales suos promoveant; ita ut mundi huius aetatis adiuncta in lumine fidei sapienter diiudicantes, atque zelo apostolico exardescentes, efficacius hominibus subvenire valeant.
- e) Cum vita religiosa ante omnia ad hoc ordinetur ut sodales Christum sequantur et Deo uniantur per professionem consiliorum evangelicorum, serio perpendendum est optimas accommodationes ad necessitates temporis nostri peractas effectum non sortiri, nisi animentur renovatione spiritali, cui semper etiam in operibus externis promovendis primae partes tribuendae sunt.

3. CRITERIA PRACTICA ACCOMMODATAE RENOVATIONIS

Ratio vivendi, orandi et operandi hodiernis sodalium condicionibus physicis et psychicis, necnon, prout ab indole cuiusque instituti requiritur, apostolatus necessitatibus, culturae exigentiis, circumstantiis socialibus et oeconomicis, ubique, praesertim in missionum locis, apte conveniat.

Secundum eadem criteria examini quoque subiiciatur regiminis ratio institutorum.

2. ALLGEMEINE GRUNDSÄTZE FÜR DIE ANPASSUNG UND ERNEUERUNG

Anpassung und Erneuerung des Ordenslebens heißt: immer muß auf die Quelle jeglichen Christenlebens und auf den ursprünglichen Geist der Institute zurückgegriffen, zugleich aber auch all das an die geänderten Zeitverhältnisse angepaßt werden. Diese Erneuerung ist, unter dem Antrieb des Heiligen Geistes und der Führung der Kirche in folgender Weise zu verwirklichen:

a) Letzte Norm des Ordenslebens ist die im Evangelium dargelegte Nachfolge Christi. Diese muß daher allen Instituten als oberster Grundsatz gelten.

b) Die besondere Eigenart und Zweckbestimmung der Institute gereicht der Kirche selbst zum besten. Daher sind Geist und besondere Zielsetzung der Gründer, sowie die gesunden Überlieferungen treu zu bejahen und zu bewahren. All dies bildet das Erbgut eines jeden Instituts.

c) Jedes Institut soll am Leben der Kirche teilnehmen und deren Bestrebungen hinsichtlich Bibel, Liturgie, Glaubenslehre, Seelsorge, Ökumenische Begegnung, Missionswesen und soziale Bewegung seiner Eigenart entsprechend übernehmen und nach Kräften fördern.

d) Die Institute sollen dafür sorgen, daß ihre Mitglieder die Lebensverhältnisse der Menschen, die Zeitlage und die kirchlichen Bedürfnisse kennen. So sollen die Ordensleute im Lichte des Glaubens die heutige Welt-situation richtig beurteilen, und den Menschen möglichst wirksam mit apostolischem Eifer helfen.

e) Da das Ordensleben vor allem darauf ausgerichtet ist, daß die Mitglieder durch Befolgung der evangelischen Räte Christus nachfolgen und sich mit Gott vereinen, ist ernstlich zu bedenken, daß auch die beste Anpassung an die Erfordernisse unserer Zeit ohne Erneuerung des Geistes unwirksam bleibt. Diese hat daher, auch bei aller äußeren Tätigkeit, stets den Vorrang.

3. LEITSÄTZE FÜR DIE ANPASSUNG UND ERNEUERUNG

Lebensweise, Gebet und Arbeit müssen den heutigen leiblichen und seelischen Verhältnissen der Mitglieder entsprechen, ferner, nach Maßgabe der Eigenart jedes Instituts, den Notwendigkeiten des Apostolats, den Kulturerfordernissen, dem sozialen und wirtschaftlichen Milieu. Das gilt überall, vorab in den Missionsgebieten.

Nach diesen Leitsätzen ist die Verfassung der Institute zu überprüfen.

Quapropter constitutiones, „directoria“, libri usuum, precum et caeremoniarum aliique id genus codices, congruenter recognoscantur atque, iis praescriptis suppressis quae obsoleta sint, documentis huius Sacrae Synodi aptentur.

4. A QUIBUS ACCOMMODATA RENOVATIO SIT PERFICIENDA

Efficax renovatio et recta accommodatio obtineri nequeunt nisi cooperantibus omnibus instituti sodalibus.

Normas autem accommodatae renovationis statuere et leges ferre, necnon sufficienti prudentique experientiae locum dare, competentium tantum auctoritatum est, praesertim capitulorum generalium, salva, quatenus necessaria sit, approbatione Sanctae Sedis aut Ordinariorum locorum, ad normam iuris. Superiores vero, in his quae ad totius instituti sortes spectant, sodales suos apto modo consulant et audiant.

Pro accommodata renovatione monasteriorum monialium, vota et consulta etiam a consensibus foederationum aut ab aliis conventibus legitime convocatis obtineri poterunt.

Meminerint tamen omnes spem renovationis ponendam esse magis in diligentiore regulae et constitutionum observantia quam in multiplicandis legibus.

5. DE QUIBUSDAM ELEMENTIS QUAE OMNIBUS VITAE RELIGIOSAE FORMIS COMMUNIA SUNT

Cuiusvis instituti sodales mente recolant imprimis se professione consiliorum evangelicorum vocationi divinae responsum dedisse, ita ut, non solum peccato mortui (cf. Rom. 6, 11) sed etiam mundo renuntiantes, soli Deo vivant. Totam enim vitam suam Eius famulatu mancipaverunt, quod quidem constituit peculiarem quamdam consecrationem, quae in baptismatis consecratione intime radicatur eamque plenius exprimit.

Cum autem haec suiipsius donatio ab Ecclesia suscepta sit, eius etiam servitio sese sciant addictos.

Qui Dei famulatus exercitium virtutum in eis urgere ac fovere debet, praesertim humilitatis et oboedientiae, fortitudinis et castitatis, quibus Christi exinanitio (cf. Phil. 2, 7-8), simulque Eius vita in spiritu (cf. Rom 8, 1-13) participantur.

Religiosi ergo, suae professioni fideles, omnia propter Christum dimittentes (cf. Mc. 10, 28), Ipsum tamquam unum necessarium (cf. Luc. 10, 42) sequantur (cf. Matth. 19, 21), Eius verba audientes (cf. Luc. 10, 39), de iis quae Eius sunt solliciti (cf. 1 Cor. 7, 32).

Daher sind Konstitutionen, „Direktorien“, Gebräuche-, Gebet-, Zeremonienbücher und dergleichen entsprechend zu sichten und, nach Streichung veralteter Vorschriften, den Kundgebungen dieser Heiligen Synode anzugleichen.

4. WEM OBLIEGT ES, DIE ANPASSUNG UND ERNEUERUNG DURCHZUFÜHREN?

Zur wirksamen Erneuerung und richtigen Anpassung ist die Zusammenarbeit aller Mitglieder des Instituts unerlässlich.

Die Richtlinien für Anpassung und Erneuerung festzulegen, gesetzliche Bestimmungen zu erlassen und hinreichende, kluge Erprobung zu gestatten, ist ausschließlich Sache der zuständigen Autorität, vor allem der Generalkapitel, die Gutheißung des Heiligen Stuhles und des Ortsobershirten vorausgesetzt, soweit diese nach Maßgabe des Rechts erforderlich ist. Wenn es um die Belange des Gesamtverbandes geht, sollen die Obern die Mitglieder in geeigneter Weise befragen und hören.

Bei der Anpassung und Erneuerung von Nonnenklöstern können auch Meinung und Rat der Föderationsgremien oder anderer rechtmäßig berufener Versammlungen eingeholt werden.

Dabei ist allgemein zu bedenken, daß eine Erneuerung eher von sorgfältiger Beobachtung der Regel und der Konstitutionen als von vermehrten Vorschriften zu erwarten ist.

5. GEMEINSAME ELEMENTE ALLER FORMEN DES ORDENSLEBENS

Die Mitglieder eines jeden Instituts sollen ernsthaft daran denken, daß sie durch das Ja zu den evangelischen Räten einem göttlichen Rufe gefolgt und daher nicht nur der Sünde abgestorben sind (vgl. Röm 6,11), sondern auch der Welt entsagt haben und Gott allein leben. Sie haben ja ihr ganzes Leben seinem Dienste gewidmet. Das begründet eine besondere Weihe, die zutiefst in der Taufweihe wurzelt und diese vollkommen zum Ausdruck bringt.

Da diese Selbsthingabe von der Kirche entgegengenommen wurde, sollen sie sich deren Diensten verpflichtet wissen.

Dieses Dienstverhältnis zu Gott muß in ihnen das sittliche Streben anspornen und befeuern, vor allem Demut, Gehorsam, Starkmut und Keuschheit. Dadurch nehmen sie teil an Christi Entäußerung (vgl. Phil. 2,7-8), zugleich aber an seinem Leben im Geiste (vgl. Röm. 8, 1-13).

Die Ordensleute sollen daher, treu ihren Gelübden, alles um Christi willen verlassen (vgl. Mk. 10,28), auf sein Wort hören (vgl. Lk. 10,39), um seine Belange besorgt sein (vgl. 1 Kor. 7,32) und ihm als dem einzig Notwendigen (vgl. Lk. 10,42) nachfolgen (vgl. Matth. 19,21).

Quapropter cuiuslibet instituti sodales, Deum prae omnibus et unice quaerentes, contemplationem, qua Ei mente et corde adhaereant, cum amore apostolico, quo operi Redemptionis associari Regnumque Dei dilatantur, coniungant oportet.

6. DE VITA SPIRITUALI ANTE OMNIA COLENDAM

Qui evangelica consilia profitentur Deum qui nos prior dilexit (cf. I Ioan. 4, 10) ante omnia quaerant ac diligant et in omnibus rerum adiunctis fovere studeant vitam absconditam cum Christo in Deo (cf. Col. 3, 3), unde profluit et urgetur proximi dilectio in salutem mundi Ecclesiaeque aedificationem. Hac caritate etiam ipsa praxis consiliorum evangelicorum animatur et regitur.

Quapropter institutorum sodales spiritum orationis et orationem ipsam, haurientes e germanis spiritualitatis christianae fontibus, assiduo studio colant. Imprimis vero Sacram Scripturam quotidie prae manibus habeant, ut divinarum scripturarum lectione et meditatione „eminentem scientiam Iesu Christi“ (Phil. 3, 8) ediscant. Sacram Liturgiam, praesertim sacrosanctum Eucharistiae mysterium, ad mentem Ecclesiae corde et ore peragant atque ex hoc ditissimo fonte vitam spiritualem alant.

Ita in mensa divinae Legis et sacri altaris refecti Christi membra fraterne ament, pastores spiritu filiali reverentur atque diligant; magis magisque vivant et sentiant cum Ecclesia eiusque missioni totaliter se devoveant.

7. DE INSTITUTIS QUAE AD CONTEMPLATIONEM INTEGRE ORDINANTUR

Instituta quae integre ad contemplationem ordinantur, ita ut eorum sodales in solitudine ac silentio, in assidua prece et alacri poenitentia soli Deo vacent, in Corpore Christi mystico, in quo „omnia . . . membra non eundem actum habent“ (Rom. 12, 4), quantumvis actuosi apostolatus urgeat necessitas, praeclaram partem semper retinent. Deo enim eximium laudis sacrificium offerunt, populum Dei sanctitatis uberrimis fructibus collustrant atque exemplo movent necnon arcana fecunditate apostolica dilatant. Ita Ecclesiae decus exstant et caelestium scatebra gratiarum. At eorum ratio vivendi secundum praedicta principia et criteria accommodatae renovationis recognoscatur, sanctissime tamen servatis eorum a mundi secessu atque vitae contemplativae exercitiis propriis.

Deshalb müssen die Mitglieder eines jeden Instituts, indem sie Gott vor allem und einzig suchen, das beschauliche Leben, durch das sie ihm mit Geist und Herz anhängen, mit der apostolischen Liebe verbinden, die sie zur Teilnahme am Erlösungswerk und zur Ausbreitung des Gottesreiches drängt.

6. DER VORRANG DES GEISTLICHEN LEBENS

Wer sich zu den evangelischen Räten bekennt, muß Gott, der uns zuerst geliebt (vgl. 1 Joh. 4,10) zuvörderst suchen und lieben, sowie in jeder Lage das verborgene Leben mit Christus in Gott pflegen (vgl. Kol. 3,3). Daraus fließt und wird angespornt die Nächstenliebe zum Heile der Welt und zum Aufbau der Kirche. Diese Liebe beseelt und leitet auch die Übung der evangelischen Räte.

Darum sollen die Ordensleute den Gebetsgeist und das Gebet selbst mit nachhaltigem Eifer pflegen. Dabei sollen sie aus den echten Quellen christlicher Geistigkeit schöpfen. Vor allem sollen sie täglich die Heilige Schrift zur Hand nehmen, um durch Lesung und Erwägung des Gotteswortes „die überragende Kenntnis Jesu Christi“ (Phil. 3,8) zu erlernen. Die heilige Liturgie, insbesondere das heilige Mysterium der Eucharistie, sollen sie im Geiste der Kirche mit Herz und Mund feiern und aus dieser überreichen Quelle ihr geistliches Leben nähren.

So sollen sie, am Tische des göttlichen Gesetzes und des heiligen Altares gestärkt, die Glieder Christi brüderlich lieben und die Hirten in kindlichem Geiste ehren und schätzen. Immer mehr sollen sie sich in Leben und Gesinnung gänzlich der Kirche und ihrer Sendung widmen.

7. REIN BESCHAULICHE INSTITUTE

Die rein beschaulichen Institute, deren Mitglieder in Einsamkeit und Schweigen, anhaltendem Gebet und eifriger Buße allein für Gott leben, nehmen — so sehr auch die Notwendigkeit tätigen Apostolats drängt — am mystischen Leibe Christi, an dem „nicht alle Glieder den gleichen Dienst verrichten“ (Röm. 12,4), nach wie vor eine hervorragende Stelle ein. Sie weihen Gott das hohe Opfer des Lobes, verleihen durch die reiche Frucht ihres Heiligkeitsstrebens dem Gottesvolke Glanz, reißen es durch ihr Beispiel mit und breiten es aus durch ihre verborgene apostolische Wirkkraft. So sind sie die Zier der Kirche und ein Quell himmlischer Gnaden. Allerdings muß ihre Lebensweise nach den vorgenannten Grundsätzen und Richtlinien für Anpassung und Erneuerung überprüft werden, doch unter sorgfältiger Wahrung ihrer Weltabgeschiedenheit und der dem beschaulichen Leben eigenen Übungen.

8. DE INSTITUTIS VITAE APOSTOLICAE DICATIS

Permulta sunt in Ecclesia instituta, vel clericalia vel laicalia, variis apostolatus operibus dedita, quae donationes habent secundum gratiam quae data est eis, differentes: sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui miseretur in hilaritate (cf. Rom. 12, 5-8). „Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus“ (1 Cor. 12, 4).

In istis institutis, ad ipsam naturam vitae religiosae pertinet actio apostolica et benefica utpote sanctum ministerium et opus caritatis proprium ab Ecclesia ipsis commissum eiusque nomine exercendum. Proinde tota vita religiosa sodalium spiritu apostolico imbuatur, tota vero actio apostolica religioso spiritu informetur. Ut igitur sodales vocationi suae ad Christum sequendum imprimis respondeant, ac ipsi Christo in Eius membris deseruiant, actio eorum apostolica ex intima cum Ipso unione procedat oportet. Inde fit ut caritas ipsa erga Deum et proximum foveatur.

Quapropter instituta illa observantias suas atque usus cum requisitis apostolatus, cui dedicantur, apte componant. Cum autem vita religiosa apostolicis operibus dedita formas multiplices induat, necesse est ut accommodata eius renovatio huiusmodi diversitatis rationem habeat, atque ut apud varia instituta sodalium vita in servitium Christi propriis eorum congruisque mediis sustentetur.

9. DE VITA MONASTICA ET CONVENTUALI FIDELITER SERVANDA

Fideliter servetur atque magis in dies elucescat in suo germano spiritu tum in Oriente tum in Occidente venerabile vitae monasticae institutum, quod praeclara merita longo saeculorum cursu in Ecclesia et in humana consortione sibi acquisivit. Monachorum praecipuum officium est divinae Maiestati humile simul ac nobile servitium praestare intra septa monasterii, sive in umbratili vita integre se divino cultui dedicent sive aliqua apostolatus vel christianae caritatis opera legitime assumpserint. Servata igitur indole propriae institutionis, antiquas beneficas traditiones renouent easque hodiernis animarum necessitatibus ita accommodent ut monasteria veluti seminaria sint aedificationis populi christiani.

Item religiones quae ex regula vel instituto vitam apostolicam intime consociant officio choralis observantiisque monasticis, ita rationem vivendi

8. INSTITUTE MIT APOSTOLISCHER ZIELSETZUNG

In der Kirche bestehen zahlreiche Priester- und Laienverbände mit vielfältiger apostolischer Tätigkeit. Sie haben, je nach der Gnade, die ihnen verliehen wurde, verschiedene Gaben: wer die Gabe hat zu dienen, der diene; zu lehren, der lehre; zu ermahnen, der ermahne; wer spendet, tue es schlichten Sinnes; wer Barmherzigkeit übt, tue es in Freudigkeit (vgl. Röm. 12, 5-8). „Vielfältig sind die Gnadengaben, doch der Geist ist derselbe“ (1 Kor. 12,4).

Bei diesen Instituten ist der apostolische und caritative Einsatz Wesensbestandteil des Ordenslebens. Er ist ihnen als heiliger Dienst und als eigenes Liebeswerk von der Kirche auferlegt und wird in ihrem Namen ausgeübt. Das ganze Ordensleben der Mitglieder muß daher von apostolischem Geist durchdrungen und der ganze apostolische Einsatz vom Geiste der Innerlichkeit geprägt sein. Damit also die Mitglieder ihrer vordringlichen Berufung zur Christusbefolgung entsprechen und Christus selbst in seinen Gliedern dienen, muß ihr apostolischer Einsatz aus innigster Verbundenheit mit ihm fließen. So werden Gottes- und Nächstenliebe gefördert.

Darum müssen diese Verbände ihre Lebensart und ihr Brauchtum auf das von ihnen geübte Apostolat einstellen. Das Ordensleben mit apostolischer Zielsetzung ist jedoch vielgestaltig. Darum hat eine zeitgemäße Erneuerung diese Unterschiede zu berücksichtigen, und das Leben der Mitglieder im Dienste Christi muß bei jedem Institut von den ihm eigenen und angemessenen Mitteln getragen sein.

9. TREUE ERHALTUNG DES MONASTISCHEN UND DES KLÖSTERLICHEN LEBENS

Die ehrwürdige Einrichtung des monastischen Lebens, das sich im Laufe vieler Jahrhunderte um Kirche und menschliche Gesellschaft hervorragende Verdienste erworben hat, soll im Osten und Westen in ihrem echten Geiste treu bewahrt und immer mehr sichtbar gemacht werden. Die Hauptaufgabe der Mönche besteht darin, der göttlichen Majestät innerhalb der Klostermauern demütig ihren ehrenvollen Dienst zu leisten, ob sie nun in Verborgenheit sich ausschließlich dem Gottesdienst weihen oder eine apostolische oder caritative Tätigkeit rechtmäßig übernommen haben. Unter Wahrung ihrer Eigenprägung sollen sie ihre alten heilsamen Überlieferungen erneuern und dem heutigen Bedürfnis der Menschen so anpassen, daß die Klöster gleichsam Pflanzschulen zum Aufbau des christlichen Volkes werden.

Desgleichen sollen die Ordensgemeinschaften, deren Regel oder Struktur eine enge Verbindung von Apostolat, Chordienst und monastischem

cum apostolatus sibi convenientis exigentiis componant ut suam formam vitae fideliter servant utpote quae eximio Ecclesiae bono cedat.

10. DE VITA RELIGIOSA LAICALI

Vita religiosa laicalis, tam pro viris quam pro mulieribus, statum in se completum professionis consiliorum evangelicorum constituit. Quapropter illam, muneri pastorali Ecclesiae in erudienda iuventute, in aegrotis curandis aliisque ministeriis explendis tam utilem, Sacra Synodus magni faciens, sodales in sua vocatione confirmat eosque ut hodiernis exigentiis vitam suam accommodent hortatur.

Sacra Synodus declarat nihil obstare quominus in religionibus Fratrum, firma manente earum indole laicali, ex dispositione Capituli generalis, ad subveniendum necessitatibus ministerii sacerdotalis in suis domibus, aliqui sodales sacris Ordinibus initientur.

11. DE INSTITUTIS SAECULARIBUS

Instituta saecularia veram, quamvis non sint instituta religiosa, tamen et completam consiliorum evangelicorum professionem in saeculo ab Ecclesia recognitam secumferunt. Quae professio viris ac mulieribus, laicis et clericis in saeculo degentibus, consecrationem confert. Proinde iidem totalem suiipsius Deo dedicationem in caritate perfecta praecipue intendant et ipsa instituta propriam ac peculiarem indolem, saecularem scilicet, servant ut apostolatum in saeculo ac veluti ex saeculo, ad quem exercendum orta sunt, efficaciter et ubique adimplere valeant.

Probe tamen sciant se tantum munus obire non posse, nisi sodales accurate in rebus divinis et humanis ita instituantur, ut revera fermentum sint in mundo ad robur et incrementum Corporis Christi. Moderatores ergo serio curent de institutione praesertim spirituali sodalibus impertienda necnon de ulteriore formatione promovenda.

12. DE CASTITATE

Castitas „propter regnum caelorum“ (Matth. 19, 12), quam religiosi profitentur, tamquam eximium gratiae donum aestimanda est. Cor enim hominis singulari modo liberat (cf. 1 Cor. 7, 32-35), ut magis accendatur caritate erga Deum et homines universos, ideoque est peculiare signum bonorum caelestium necnon medium aptissimum quo religiosi alacriter servitio divino operibusque apostolatus sese dedident. Sic ipsi coram omnibus Christifidelibus mirabile illud evocant connubium a Deo conditum et in

Brauchtum vorsieht, ihre Lebensweise so auf die Erfordernisse ihres Apostolats abstimmen, daß ihre Lebensform, die der Kirche so sehr dient, treu gewahrt bleibe.

10. DAS ORDENSLEBEN DER LAIEN

Das Ordensleben der Laien, ob Männer oder Frauen, stellt eine selbständige Form des Lebens nach den evangelischen Räten dar. Es dient dem Seelsorgsauftrag der Kirche in der Jugendbildung, in der Krankenpflege und anderen Diensten. Darum schätzt es die Heilige Synode sehr, bestärkt die Mitglieder in ihrer Berufung und fordert sie zur Anpassung an die heutigen Bedürfnisse auf.

Die Heilige Synode erklärt es für statthaft, in Brüdergemeinschaften, unbeschadet ihres Laiencharakters, einige Mitglieder, gemäß Verfügung des Generalkapitels zu den heiligen Weihen zuzulassen, damit die in den eigenen Häusern erforderlichen priesterlichen Dienste geleistet werden.

11. DIE WELTLICHEN INSTITUTE

In den Weltlichen Instituten besteht, obgleich sie keine Ordensgemeinschaften sind, dennoch ein wahres, volles, von der Kirche anerkanntes Bekenntnis zu den evangelischen Räten in der Welt. Dieses Bekenntnis verleiht Männern und Frauen, Laien und Klerikern, die in der Welt leben, eine Weihe. Darum muß ihr Hauptstreben auf volle Selbsthingabe an Gott in vollkommener Liebe gerichtet sein. Diese Institute haben ihre Eigenart, nämlich in der Welt zu stehen, beizubehalten, damit sie das Apostolat in der Welt und gleichsam aus der Welt, zu dessen Ausübung sie ja entstanden sind, überall wirksam erfüllen können.

Dabei ist jedoch festzuhalten, daß solch eine hohe Aufgabe eine sorgfältige Ausbildung der Mitglieder in göttlichen und weltlichen Belangen voraussetzt, damit sie wirklich in der Welt Sauerteig seien, zur Stärkung und zum Wachstum des Leibes Christi. Darum haben die Leiter ernsthaft für die Schulung der Mitglieder, vorab in geistlichen Dingen, und für ihre Weiterbildung zu sorgen.

12. DIE KEUSCHHEIT

Die Keuschheit „um des Himmelreiches willen“ (Matth. 19,12), wie die Ordensleute sie geloben, ist als besondere Gnadengabe zu schätzen. Sie befreit das Menschenherz in einzigartiger Weise (vgl. 1 Kor. 7, 32-35), daß es lebhafter in Liebe zu Gott und allen Menschen entbrenne. Sie ist daher ein besonderes Zeichen der himmlischen Gnadengaben und ein wirksames Mittel, die frohe Hingabe der Ordensleute an den Dienst Gottes und den apostolischen Eifer zu fördern. So stellen sie vor allen Christ-

futuro saeculo plene manifestandum quo Ecclesia unicum sponsum Christum habet.

Oportet ergo ut religiosi, professionem suam fideliter servare studentes, verbis Domini credant et, Dei auxilio confisi, de propriis viribus ne praesument, mortificationem sensuumque custodiam adhibeant. Media quoque naturalia ne omittant, quae mentis et corporis sanitati favent. Ita fit ut falsis doctrinis, quae continentiam perfectam tamquam impossibilem vel humano profectui nocivam ostendant, non moveantur, et omnia quae castitatem in periculum adducunt, instinctu quodam spirituali, respuant. Meminerint insuper omnes, praesertim Superiores, castitatem securius servari cum inter sodales vera dilectio fraterna in vita communi viget.

Cum observantia continentiae perfectae profundiores naturae humanae inclinationes intime attingat, candidati ad professionem castitatis ne accedant neve admittantur, nisi post probationem vere sufficientem et cum debita maturitate psychologica et affectiva. Ipsi non solum de periculis castitati occurrentibus moneantur, sed ita instruantur ut coelibatum Deo dicatum etiam in bonum integrae personae assumant.

